

De Definitione.
CAPUT VII.

551

De
DEFINITIONE.

I.

DOctrinae de Demonstratione, de qua ha-
ctenus actum fuit, non sine ratione
annectitur tractatio de definitione: est e-
nim haec aliquis demonstrationis fructus,
cum accuratè formata demonstratione de-
finitionem quoque habeamus. Sicut enim
demonstratio propriam & non accidenta-
riam rei causam continet: ita quoque de-
finitio; De quam verò definitione hoc
sit intelligendum, vid. infr.

2. Est autem definitio græc. ὁρισμός secundum
Aristot. lib. 1. Top. 5. §. 2. λόγος, ὃν πρὸς τὴν
εἶναι σημαίνων, i. e. oratio, quæ quid res
sit significat.

3. Definitum est ὁρισμός, quæ vox aliàs me-
tam vel terminum, quò agri vel regiones di-
stingui solent, denotat, & non sine ratione
hoc vocabulum aptatur definitioni. Sicut e-
nim terminò agri distinguuntur, ut quis
M m 4 sciat.